



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 4. Scriptores Ecclesiastici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

Canonici ad notitiam omnium Ecclesiarum pervenerant. Mirum vero hoc ipsum nemini videatur, cum quasdam Ecclesias sine omni Scriptura substituisse, S. Irenæus testatum faciat. (*)

Sæculum II.
A.C. 170.

Lib. III. c. 4.

In quodam Tractatu de Paschate Meliton tempus, quo eum scripserit, notat, sic enim incipit: *Cum Servilius Paulus esset Proconsul Asia, quo tempore Sagaris Martyrium subiit, magna quaestio in illis diebus exorta est de Paschate, tuncque hoc scriptum est.* Hæc sunt omnia, quæ de operibus Melitonis habemus. Martyr Sagaris, cujus mentionem facit, erat Episcopus Laodicensis, ibique mortuus est; in eadem erat cum Melitone sententia, Pascha decima quarta lunæ esse celebrandum. Meliton Sardis sepultus est; erat Eunuchus; cæterum vir vitæ sanctitatis, claritatis ingenii, & stili elegantia celebris. Multi Prophetiæ dono præditum credidere.

Hier. lib. IV. c. 23.

Polyc. apud Euf. lib. V. c. 24. Hier. de script.

§. IV.

Alii Scriptores Ecclesiastici.

Circa idem tempus Apollinaris Episcopus Hierapolitanus, illustri fama Me-

Euf. hist. IV. c. 27.

Nn 5

litori

(*) Ecclesiæ illæ, quas S. Irenæus testatur sine omni Scriptura extitisse, certe non fuerunt Lutheranae, quæ, rejecta auctoritate humana, in sola Scriptura fundari dicuntur.

Sæculum II.
A. C. 170.

litoni compar, Epistolam Apologeticam pro Christianis ad Imperatorem dedit, aliorum etiam librorum auctor, decem enim numerantur, quos scripsit, partim contra Gentiles, partim contra Judæos, & postremo contra Montanistas, quorum tunc hæresis ex incunabulis prorepebat. Plures eodem tempore auctores librorum percelebres extiterunt. In Insula Creta Pinytus Episcopus Gnosæ, cujus jam memores fuimus. Philippus Gortynensis Episcopus egregii operis contra Marcionem auctor. Modestus ejusdem Marcionis errores ex caligine in lucem protraxit. Musanus energice scripsit contra quosdam Ecclesiæ desertores, & ad Encratitarum hæresin transfugas, quæ tunc Tatiano Parente nascebatur. Hi Scriptores Ecclesiastici omnes sub Imperatore Marco Aurelio calamus stringebant.

Hier. ibid.
Euf. IV. hist.
c. 23.

§. V.

Hæresis Montani.

Euf. in Chr.
An. 172.
Script. ant.
ap. Euf. hist.
V. c. 16.
An. 171.

Ad hujus Imperatoris annum undecimum, Jesu Christi centesimum septuagesimum primum Montanistarum primordia referunt. In Mysia Phrygiæ oppido, dicto Ardabavo, quidam Evnuchus Neophytus nomine Montanus, illo, quo Gratus Proconsul Asiæ præerat, tempore, primum inter suos locum immoderatissime affectabat; cumque hoc modo